Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber qvartvs de medicina

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

INCIPIT · LIBER · QVARTVS · DE · MEDICINA ·

DEDICINA · EST · QVE · CORPORIS · VEL · TVETVR · VEL · RESTAVRAT · SALVTEM · CVIVS materia versatur in morbis et vulneribus Ad hanc itaq; pertinent non ea tantú que ars eorum exhibet · qui proprie medici nominantur · sed etia cibus & potus · tegmen & tegimen. Defensio deniq; omis atq; munitio · qua sanum corpus nostrú aduersus externos ictus casusq; seruat

De. Nomine medicine Ca·ii

NOmen autem medicine a modo id est temperaméto impositum estimatur · ut nó satis · sed paulatim adhibeat. Nam in multo contristatur natura · mediocriter aute gaudet. Vnde & qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint vexantur. Immoderatio enim omnis non salutem sed periculum affert

De. Inuentoribus eius Ca·iii

MEdicine autem artis auctor ac repertor apud grecos perhibet appollo. Hanc filius eius escolapius laude vel opere ampliauit · sed postq̃m fulminis ictu escolapius interiit · interdicta fertur medendi cura · & ars simul cum auctore perit · latuitq; per annos pene quingentos · vsq; ad tempus artarxerxis regis persarum. Tunc eam reuocauit ad lucem ipocrates asclepio patre genitus in insula choo ·

De. Tribus heresibus medicorum · Ca·iiii

Vitaq; tres viri totidé heresés inuenerút. Prima metodica inuenta est ab appolline · que remedia sectatur et carmina. Secunda empherica id est experientissima inuenta est ab escolapio · que non indiciorum signis · sed solis cóstat experimentis. Tercia logica id est rationalis inuenta ab ipocrate. Iste enim discussis etatum · regionum · vel infirmitatú qualitatibus · artis curam rationabiliter perscrutatus est. Emperici enim experientiam solam sectantur. Logici experientie rationé adiungunt. Metodici nec elementorum rationem obseruát · nec tempora · nec etates · nec causas · sed solas morborum substantias ·

De. Quatuor humoribus Ca·v

SAnitas est integritas corporis · & temperantia nature ex calido & humido · quod é sanguis · vnde & sanitas

dicta est·quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo oēs passiones corporis continentur·quod inde veteres morbum nominauerunt·ut ipa appellatione mortis·vim que ex eo nascitur demonstrarent.Inter sanitatem autem & morbum media ē cu/ratio·que nisi morbo congruat· nō perducit ad sanitatē. Morbi enim omnes ex quatuor nascuntur humoribus id est ex sanguíe & felle·melancolia·& flegmate. Ex ipis enim reguntur sani·ex ipis leduntur infirmi.Dum enim amplius extra cursum nature creuerint egritudines faciunt.Sicut enim quatuor sunt elementa·sic & quatuor humores· & vnusquisq; humor suū elemen/tum imitatur.Sanguis aerem.Colera ignem.Melancolia terrā Flegma aquā. Et sunt quatuor humores sicut quatuor elemē/ta que conseruant corpora nostra. Sanguis ex greca ethimolo/gia vocabulum sumpsit·q; vegetetur·& vrit·sustētetur·& viuat Coleram graeci vocauerūt·q; vnius diei spacio terminetur. Vnde & colera id est fellicula nominata est·hoc est fellis effusio· greci enim fel colen dicunt.Melancolia dicta·eo q; sit ex nigri sanguinis fece admixta habundantia fellis.Greci enim melan nigrum vocant.Fel autem colen appellāt. Sanguis latine vocatus q; sit suauis. Vnde & homines quibus dominatur sanguis·dulces et blandi sunt. Flegma autem dixerunt·q; sit frigidum·greci enī frigus flegmonē appellāt. Ex his quatuor humoribus regunt sani·ex his ledūtur infirmi. Dum enim amplius extra cursum nature creuerint egritudines faciunt. Ex sanguíe autem et felle acute passiones nascunt· quas graeci oxea vocant. Ex flegmate vero & melācolia veteres causē ꝓcedunt q̄s greci cronia dicūt

De. Acutis morbis Ca·vi

Oxea est acutus morbus·qui aut cito transit· aut celerius interficit· ut pleuresis·frenesis. Oxi enim acutū apud graecos & velocem significant. Cronia ē prolixus corporis morbus· qui multis temporibus remoratur· ut podagra·thisis.Cronon enim apud grecos tempus dicit. Fleu/moniptin quietum cum rubore & dolore·extensione·duricia et vastitate. Nam cum ceperit fieri fleumone inquietudo· febris consequitur.Vnde & dicta est fleamon a pofleti inflammans sic enim sentitur·& inde nomen accepit. Quedā autē passiones ex propriis causis nomen acceperūt. Febris a feruore dicta ē Est etenim habundantia caloris. Frenesis appellata siue ab

impedimento mentis· quia graeci mentē frenas vocant· seu q̃
dentibus infrendant. Nā frendere est dentes concutere. Est aut
perturbatio cum exagitatione et dementia· ex colerica vi effecta
¶ Cardia vocabulum ex corde sumpsit· dum ex aliquo timore
aut dolore afficit. Cor enim greci cardian vocāt. Est eni cordis
passio cum formidabili metu. ¶ Loetaria a somno vocata. Est
enim oppressio cerebri cum obliuione & somno iugi veluti
stertētis ¶ Sinancis a continentia spiritus & prefocatione dicta
greci enim sinancis continere dicunt. Qui enim hoc vicio labo/
rant dolore faucium prefocātur ¶ Fleumon ē feruor stomachi
cū extensiōe atq; dolore. Fleumon ē inqetudo cū rubore et do
lore et extensiōe et duricia et vastitate· q̄ cū cepit fieri inqetudo
& febris consequit. Vnde & dicta est fleumon a poflegi id est
inflammans· sic enim sentitur· & inde nomen accepit. ¶ Pleu/
resis est dolor lateris acutus cum febre· & sputo sanguinolento
Latus enim grece pleura dicitur. Vnde & pleuretica passio no/
men accepit. ¶ Apoplexia ē subito effusio sanguinis qua suffo/
cati intercunt. Dicta autem apoplexia q̃ ex letali percussu repē/
tinus casus fiat. Graeci enim percussionem apoplexin vocant.
¶ Peripleumonia est pulmonis vicium cum dolore nimio vel
vehementi & suspirio· graeci enim pulmonem fleumon vocāt
Vnde & egritudo dicta est ¶ Spasmus latine cōtractio subita
partium· aut nerviorum cum dolore nimio· quam passionem
a corde nominatam dixerunt· quia in nobis principatū vigoris
habet. Fit autē duobus modis aut ex repletiōe aut ex inanicōe.
¶ Titanus maior est contractio neruorū a ceruice ad dorsum
¶ Telum lateris dolor est. Dictum est autem ita a medicis· q̃
dolore corpus transuerberet quasi gladius ¶ Ileos dolor est in/
testinorum. Vnde & ilia dicta sunt· grece enim ileos obuoluere
dicitur· q̃ se intestina pre dolore inuoluant. Hi & torminosi di
cuntur ab intestinorum tormēto. ¶ Idropoba id est aq̄ metus
graeci enim idro aquam vocant· pobi timorem dicunt. Vnde et
latini hunc morbum ob aque metum limphaticum vocāt. Fit
autem aut ex canis rabidi morsu· aut ex aeris spuma in terram
proiecta· quam si homo vel bestia tetigerit· aut dementia replet
aut in rabiem vertit. ¶ Carbunculus dictus· q̃ in ortu suo ru/
bens sit· ut ignis· postea niger· ut carbo extinctus. ¶ Pestilentia
est contagium· quod dum vnū apprehēderit celeriter ad plures

transit. Gignit autē ex corrupto aere·& in visceribus penetrādo
innititur. Haec etsi plerumq; per aerias potestates fit·tamen sine
arbitrio oīpotentis dei oīno nō fit. Dicta autē pestilentia quasi
pastulentia·q; veluti incendium depascat·& toto descendat cor/
pore pestis. Eadem & contagium a contingendo·quia quem
tetigerit polluit. Ipsa & inguina ab inguinū percussione. Eadē
et lues a labe & luctu vocata·que tātum acuta est· ut nō habeat
spacium temporis·quo aut vita speretur·aut mors· sed repenti/
nus languor simul cum morte venit

¶ De. Cronicis morbis Ca·vii

Cronia est prolixus morbus·qui multis temporibus
remoratur·ut podagra·thisis. Cronon enī apud grae
cos tempus dicitur. ¶ Cephalea autem ex causa vo/
cabulum habet·capitis enim passione & graeci caput cephalin
vocant. ¶ Scotomia ab accidenti nomen sumpsit·q; repētinas
tenebras ingerat oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem ē
quociensciunq; ventus consurgit· & terram in circuitu mouet·
sic & in vertice hominis arterie & vene ventositatem ex resolu/
ta humectatione gignunt·& in oculis girum faciunt. Vnde &
vertigo nuncupata est. ¶ Epilempsia vocabulum sumpsit·q;
mentem appendens pariter etiam corpus possideat. Greci enim
appensionem epilempsia appellant. Fit autem ex melancolico
humore·quotiēs exuberauerit & ad cerebrum conuersus fuerit
Haec passio & caduca vocatur·eo q; cadens eger spasmū patiat̄
Nos etiam vulgus lunaticos vocat·q; per lune cursum comitet̄
eos insania demonum. Eadem & laruatio. Ipse est & morbus
comicialis id est maior & diutinus quo caduci tenentur. Cui
tanta vis est ut homo valens cōcidat spumatq;. Comicialis aūt
dictus· q; aput gentiles cum comitiorum die cuiquā accidisset
comitia dimittebantur. Erat autem apud romanos comitiorū
dies solennis in kalendis ianuariis. ¶ Mania ab insania vel fu/
rore vocata. Nam grecorum vetustas furorem maniben appel/
labat·siue ab iniquitate· quam greci maniam vocauerunt· siue
a diuinatione·quia diuinare grece manin dicitur ¶ Melancolia
dicta est a nigro felle·greci enim nigrum melan vocāt· fel autē
colen appellant. Epilempsia autem in fantasia fit·melancolia in
ratione·mania in memoria ¶ Tipi sunt frigide febres·q̄ abusiue
tipi appellabant̄·ab herba que in aqua nascit̄· que latine forma

atq; ſtatus dicitur. Eſt enim acceſſionũ vel receſſionũ reuolutio per ſtatuta temporum interualla. ¶ Reuma grece latine eruptio ſiue fluor appellatur. ¶ Catarrus eſt fluor reume iugis ex nari/bus·qui dum ad fauces venerit brancos vocatur·dum ad toracẽ vel pulmonem thiſis dicitur. ¶ Chorisa eſt quotiens infuſio capitis in oſſa venerit narium· & prefocationem fecerit cũ ſter/nutatione. Vnde & chorisa nomen accepit. ¶ Brancos eſt pre/focatio faucium a frigido humore·graeci enim guttur brancos dicunt·circa quem fauces ſunt·quam nos corrupte brancias di/cimus. ¶ Raucedo amputatio vocis. Haec & arteriaſis vocatur· eo q; vocem raucam & clauſam reddat ab arteriarum iniuriis. ¶ Suſpirium nomen ſumpſit·quia inſpirationis difficultas eſt quam greci diſnoam dicunt id eſt prefocationem ¶ Pleripleu/monia a pulmonibus nomẽ accepit. Eſt enĩ pulmonis tumor cum ſpumarum ſanguinearum effuſione. Emoptois emiſſio ſanguinis per os. Vnde & nomen accepit. Emath enĩ ſanguis dicitur. ¶ Thiſis eſt vlceratio & tumor in pulmonibus·qui in iuuenibus facilius euenire ſolet. Thiſis autẽ apud grecos dicta· q; ſit tocius corporis conſumptio ¶ Tuſſis graece ab altitudine vocatur·q; a profundo pectoris veniat. Cuius contraria eſt ſu/perior in faucibus vbi vua titillat. ¶ Apoſtema a collectione nomen accepit. Nã collectiões greci apoſtomas vocãt. Empus dicta ab apoſtoma intrinſecus vel in latere vel in ſtomacho cũ dolore & febribus & tuſſi·ab habundantibus ſpumis et puru/lentis. ¶ Epaticus morbus a iecoris paſſione nomẽ accepit·gre/ci enim iecur epatem vocant. ¶ Lienoſis ab ſplene vocabulum ſumpſit·graeci enim ſplen lien dicunt. ¶ Idropis nomẽ ſumpſit ab aquoſo humore cutis. Nam greci idros aquam vocauerunt. Eſt enim humor ſubcutaneus cum inflatione turgente & an/helitu fetido. ¶ Nefreſis a renũ languore nomen accepit·renes enim graeci nefreſin dicunt. ¶ Paraliſis dicta a corporis impen ſatione facta ex multa infrigidatione·aut in toto corpore·aut in parte. ¶ Cacexia nomen ſumpſit a corporis iniuria. Cacexiam enim greci malam vexationem vocauerunt. Fit autẽ hec paſſio ex intemperantia egrotantis vel curatione mala medicaminis· aut poſt egritudinem tarda reſumptio ¶ Atrofia nomẽ accepit a diminutione corporis. Nam graeci nutrimenti ceſſationem atrofiam dicunt. Eſt enim tenuitas corporis ex cauſis latẽtibus·

et paulatim conualescentibus ¶ Sarcinian est superfluũ carnis incrementum·quo vltra modum corpora saginantur· greci enim carnem sarcinan vocant. ¶ Scialis vocata a parte corporis quã vexat. Nam vertebrorum ossa quorum summitas ilioru initio graeci scia vocant. Fit autem de flegmate·quotiens descenderit in recta ossa·& efficitur ibi glutinatio. ¶ Podagram greci a retẽcione pedum dicunt nominatam & a feralı dolore. Siquidem omne quod immite fuerit·abusiue agreste vocamus. ¶ Arteri/cus morbus ab articulorum passione vocabulũ sumpsit. ¶ Calculus lapis est qui in vesica fit. Vnde & nomen accepit. Gignit autem ex materia flegmatica. ¶ Stranguinaria dicta est eo q̃ stringat vrinarum difficultatem. ¶ Satiriasis iuge desiderium veneris·cum extensione naturalium locoꝝ dicta passio a satiris ¶ Diarria iugis vẽtris cursus sine vomitu. ¶ Dissinteria ẽ diuisio continuationis id est vlceratio intestini. Dis enim diuisio est· ienteria intestina. Fit autem antecedẽte fluore·quẽ greci diarriã vocant ¶ Lienteria dicta q̃ cibum tanq̃m per lineam intestine nullis obstantibus faciat ,plabi. ¶ Colicula passio nomẽ sump/sit ab intestino quod greci colum appellant ¶ Radagie dicũtur eo q̃ fissure sint rugis collecte circa ora faucium. Haec & emorroide a sanguinis fluore dicte Greci enim sanguinẽ emath dicũt.

¶ De. Alopicia & morbis q̃ videntur in supficie cutis ¶ Ca·viii

Alopicia est capillorum fluor circumscriptis pilis fuluis·aeris qualitatem habentibus. Vocata hoc nomie a similitudine animalis vulpecule·quã greci alopiciã vocant. ¶ Parotide sunt duricie vel collectiões que ex febribus aut ex aliquo alio nascuntur in auriũ vicinitate. Vnde et parotide sunt appellate. Ota enim graece auricula dicitur. ¶ Lentigo est vestigia macularũ paruula in rotunditatem formata· ab specie lenticule dicta. ¶ Erisipila est quã latini sacrũ ignem appellãt id est execrandum per antifrasin. Siquidem in superficie rubore flammeo cutes rubescunt·tunc moto rubore quasi ab igne vici/na inuadunt loca·ita ut etiã febris excitetur. ¶ Serpedo est ru/bor cutis cum pustularũ extantia·& nomen sumpsit a serpẽdo eo q̃ serpat per membra. Impetigo est sicca scabies· prominens a corpore cum asperitate & rotunditate forme. Hãc vulgus sar/nam appellat. ¶ Prurigo vocata est a perurendo & ardendo. ¶ Nictalmus est passio qua per diem visus patentibus oculis

denegatur·et nocturnis irruentibus tenebris redditur·aut versa
vice·ut pleriq; volunt die redditur·nocte negat¯ ¶ Verruce aliud
sunt·aliud est satiriasis. Verruce singillatim sunt. Satiriasis vero
prima fortior & circa ipam plures inueniuntur. ¶ Scabies et le
pra vtraq; passio asperitas cutis cũ pruritu & squamatiõe. Sed
scabies tenuis asperitas & squamatio est. Nunc deniq; nomen
accepit·que ita veluti purgamento admittat. Nam scabies quasi
squamies. ¶ Lepra vero cutis asperitas squamosa lepide herbe
similis. Vnde & nomen sumpsit. Cuius color nũc in nigredinẽ
vertitur·nunc in alborem·nunc in ruborem. In corpore homis
ita lepra dinoscitur·si variatim inter sanas cutis partes color di/
uersus appareat·aut si ita vbiq; se diffundat·ut omia vnius colo/
ris q̃mtus adulteri faciat. ¶ Elephanciacus morbus dicitur ex
similitudine elephantis· cuius naturaliter dura & aspera pellis·
nomen morbo in hominibus dedit·quia corporis superficiem
similem facit elephantorum cuti·siue quia ingẽs passio est sicut
animal ipm·ex quo deriuatum ducit nomen. ¶ Elicteris greci
appellãt a cuiusdam animalis nomine·q; sit coloris fellei. Huc
morbum latini arcuatum dicunt· a similitudine celestis arcus.
Aurigionem vero varro appellari ait a colore auri. ¶ Regium
autem morbum inde estimant dictum·q; vino bono & regali
bus cibis facilius cureẽ ¶ Cancer a similitudine maritimi ani/
malis vocatum·vulnus sicut medici dicunt nullis medicamen/
tis sanabile. Aut ergo pcidi debet a corpore membrũ vbi nascit
ut aliquantũ diutius viuat·tamen mortem inde quamlibet tar
dius affuturã ¶ Ordeolus est paruissima ac purulenta collectio
in pilis palpebrarum constituta·in medio lata·& ex vtroq; con
ducta ordei granum similans. Vnde & nomen accepit. ¶ Fu/
runculus est tumor in acutum surgens·dictus q; ferueat quasi
feruũculus. Vnde & grece antrax dicit¯·q; sit ignitus. ¶ Oscedo
est qua infantum ora exulceranẽ· dicta ex languore oscitantiũ·
¶ Frenusculi vlcera circa rictum oris· similia his que fiunt iu/
mentis asperitate frenorum ¶ Vlcus putredo ipa vulnus quod
ferro fit quasi vigetulcus· q; oleat quasi vlcus. Vnde & vlcera.
¶ Pustula est in superficie corporis·turgida veluti collectio.
¶ Papula est paruissima cutis erectio circumscripta cũ rubore
Et ideo papula dicta quasi pupula scrimpio ¶ Sanies dicta qa
ex sanguine nascit¯· excitato eni calore vulneris sanguis in sanie

vertitur. Nam ſanies non fit in quocunq; loco·niſi vbi ſanguis aduenerit·quia omne quod putreſcit niſi calidum & humidũ fuerit·quod eſt ſanguis putrefieri non poteſt. Sanies autẽ & tabes ſibi differũt. Fluere enim ſanie viuorum eſt·tabe vero mortuorum. ¶ Cicatrix eſt obductio vulneris naturalem colorem partibus ſeruans·dicta q; obducat vulnera atq; obcecet

¶ De. Remediis & medicaminibus ¶ Ca·viii·

Medicine curatio non eſt ſpernenda. Meminimus enĩ et eſaiam eſechie languenti aliquid medicinale mandaſſe·& paulus apoſtolus thimotheo modicũ vinũ prodeſſe dixit. ¶ Curatio autem morborum tribus generibus conſtat·farmacia·quam latini medicamina vocãt·cirurgia quã latini manuum operationem appellãt· manus enĩ apud grecos ciros vocatur·dieta quam latini regulam nuncupant. Eſt enim obſeruatio legis & vite. ¶ Sunt autem omni curationi ſpecies tres. Primum genus dieticum. Secũdum farmaceuticũ. Terciũ cirurgicum. Dieta ẽ obſeruatio legis ac vite. Farmacia eſt medicamentorum curatio. Cirurgia eſt ferramẽtorum inciſio. Nã ferro exciduntur·que medicamentorũ non ſenſerint medicinã. Antiquior autem medicina herbis tantum & ſucis erat. Talis enim medendi vſus cepit·deinde ferro & ceteris medicamentis. Omnis autẽ curatio·aut ex contrariis·aut ex ſimilibus adhibetur. Ex contrariis ut frigidum calido vel humido ſiccum·ſicut et in homine ſuperbia ſanari non poteſt niſi humilitate ſanetur. Ex ſimilibus vero ſicut ligamentũ vel rotundo vulneri rotundũ·vel oblongo oblongũ apponitur. Ligatura enim ipa nõ eadem membris & vulneribus omnibus·ſed ſimilis ſimili coaptatur·que duo etiam ipa adiutoria nominibus ſuis ſignificant. Nam antidotũ grece latine ex contrario datum dicitur. Contraria enĩ cõtrariis medicine ratione curantur. At contra ex ſimili ut pigra·quod interpretatur amara·quia guſtus eius amarus eſt. Ex conuenienti enim nomẽ accepit· quia amaritudo amaritudine morbi ſolui ſolet. Oia autẽ medicaina ex propriis cauſis habẽt vocabula·gera enim dicta quaſi diuina. Arteriaca q; apta ſint gutturis meatui et tumores faucium & arteriarũ leniant ¶ Tiriaca eſt antidotũ ſerpentinũ·quo venena pellunt·ut peſtis peſte ſoluat ¶ Cartariaca grece latine purgatoria dicunt ¶ Catapodia eo q; modicũ potetur ſeu inglutiat. ¶ Diamoron a ſuco more nomẽ ſumpſit·

ex quo conficitur·sicut diacodion·qa ex codia id é ex papauere fit·sicut diaspermoton·qa ex seminibus componit. ¶ Electua/rium vocatum eo q̃ molle sorbeatur. ¶ Trociscus dictus·quia in modum rotule deformatur·trocos enim graece rota dicitur. ¶ Colliria latine sonát·q̃ vicia oculorum detergát ¶ Epitema eo q̃ superponatur aliis adiutoriis precedétibus. ¶ Cataplasma eo q̃ inductio sola sit. ¶ Emplastrum vero· eo q̃ inducatur. ¶ Malagma q̃ sine igne maceratur & comprehendatur ¶ Enema graece latine relaxatio dicitur. ¶ Pessaria dicta q̃ intus initiant ¶ Medicinam iumentorum chiron quidam graecus inuenit· inde pingitur dimidia parte homo·dimidia equus. Dictus aút chiron a potocirizeite· quia cirurgus fuisse dicitur appellatus· ¶ Creticos dies medici vocát·quibus credo ex iudicio infirmi/tatis hoc nomen impositum est·q̃ quasi iudicent hominem ex sententia sua·aut puniant·aut liberent.

¶ De. Libris medicinalibus ¶ Ca·x

Horismus est sermo breuis integ7 sensum proposite rei scribens. ¶ Prognostica preuisio egritudinum·a prenoscendo vocata. Oportet enim medicum & pre/terita agnoscere·& presentia scire·& futura puidere. ¶ Dinamedia potestas herbarum·id est vis & possibilitas. Nam in herba/rum cura vis ipa dinamidis dicitur. Vnde & dinamedia núcu/patur·vbi eorum medicine scribuntur. ¶ Butanicum herbarú dicitur·q̃ ibi herbe notentur.

¶ De. Instrumentis medicorum ¶ Ca·xi

Enchiridion dictum·q̃ manu astringat dú plurima contineat ferramenta. Ciron enim graece vocatur ma nus ¶ Flebotomum ab incisione vocatum. Nam in/cisio graece tomum dicitur. ¶ Similaria angistrum. ¶ Spato/mele guua·que a latinis a similitudine cucurbite a suspirio ven tosa vocatur. Deniq; animata spiritu per igniculum· debinc p/ciso corpori superposita omne quod intra cuté vel altius estuat siue humorem siue sanguinem vocat in superficiem. ¶ Pila a pinsandis seminibus id est terendis. Hinc & pigmenta·eo q̃ in pila & pilo aguntur quasi piligmenta. Est enim pila vas cóca/uum et medicorum aptum vsui·in qua proprie tipsane feriri et pigmenta concidi vel tundi solent. Varro autē refert pilumniú quendam in italia fuisse· qui pinsandis prefuit aruis. Vnde &

pilumni & pistores. Ab hoc ergo pilum & pilam inuentam· quibus far pinsetur· & ex eius nomine appellata Pilum autem est vnde contunditur quicquid in pilam mittitur. ¶ Mortariũ est q̃ ibi iam semina in puluerem redacta & mortua condiant̃ ¶ Citicula est in qua circumducta colliria resoluunt̃· erit enim lenis. Nam aspera frangi potius q̃m resolui collirium facit

¶ De. Odoribus & vnguentis ¶ Ca·xii

Odor vocatus ab aere. Timiama lingua graeca vocat̃ q̃ sit odorabile. Nam timo dicitur flos qui odorem refert· de quo virgilius. Redolentq̃ timo fraglantia mella. ¶ Incensum dictum· quia igne consumitur dum offert̃· ¶ Tetraidos formule incensi in longitudinem porrecte· q̃ fiunt ex quatuor pigmentis. Quatuor enim grece tetra· formula idos dicitur. ¶ Stacten est incensum quod ex pressura manat· dictũ a graecis naptoctazeinctakin· ideo obstructum optimũ. ¶ Mirabolanum· quia fit ex glande odorata· de quo oratius. Et p̃ssa iubalanus capillis. ¶ Oleum est purum· nulliq̃ rei admixtum. ¶ Vnguentum vero est omne quod ex cõmuni oleo confectũ aliarum specierum cõmixtione augetur· odoris iocunditatem sumens· et longius redolens ¶ Vnguenta autem quedã dicunt̃ a locis· ut telinum· cuius iulius caesar meminit dicẽs. Corpusq̃ suaui telino vnguimus. Hoc conficiebatur in insula telo q̃ vna est ex cicladibus. ¶ Sunt quedam ab inuentorum nomine· ut amaracinũ. Nam quidam tradunt regiũ quendã puerũ amaracum nomine cõplura vnguentoꝝ genera ferentẽ casu ꝓlapsum esse· & maiorem ex cõmixtione odorem creasse. Vnde nunc optima vnguenta amaracina dicũtur. Sunt autem ex genere floꝝ ¶ Item alia q̃ a materie sue qualitate dicũtur· ut roseaceũ a rosa· quipsinũ a flore· que proinde & proprie materie odorẽ referũt. ¶ Ex his quedam simplicia vnguenta sunt· que ex vna tãtum specie existũt. Vnde & sui nomis referũt odoratũ· ut aneticum· est enim sincerum ex oleo & aneto tantũ. ¶ Composita autem sunt que pluribus admixtis fiũt. Vnde et nominis sui odorem non habent· quia obtinentibus aliis que admiscentur incertũ odorem ducunt· ut cerotũ· caleasticũ· marciatũ

¶ De. Initio medicinae

Queritur a quibusdam quare inter ceteras liberales disciplinas medicinae ars non contineatur. Propterea

quia ille singulares continent causas· ista vero omnium. Nam & grammaticam medicus scire iubetur· ut intelligere vel expo/nere possit que legit. Similiter & rhetoricam·ut veracibus argumentis valeat diffinire que tractat· necnon & dialecticá ,ppter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atq; curandas. Sic & arithmeticam propter numerú horarum in accessio/nibus & periodis dierum. Non aliter & geometricam propter qualitates regionum et locorú situs·in quibus doceat quid q̃sq; obseruare debeat. Porro musica incognita illi nó erit. Ná multa sunt que in egris hominibus per hãc disciplinam facta leguntur sicut de dauid legitur·quia ab spiritu ímundo saulem arte mo/dulationis eripuit. Asclepiades quoq; medicus freneticú quen/dam per simphoniam pristine sanitati restituit. Postremo & astronomiam notam habebit· per quam contempletur rationé astrorum et mutationes temporum. Nam sicut ait quidá medicorum cum ſporum qualitatibus & nostra corpora cómutantur. Hinc est q; medicina secúda philosophia dicitur. Vtraq; enim disciplina totum sibi hominem vendicat. Nam sicut per illam anima·ita per hanc corpus curatur

INCIPIT · LIBER · QVINTVS · DE · AVCTORIBVS · LEGVM ·

MOISES · GENTIS · HEBRAICAE PRIMVS · OMNIVM · DIVINAS LEGES · SACRIS · LITERIS · EXplicauit. ¶ Foroneus rex graecis primus leges iudiciaq; constituit. ¶ Mercurius trimegistus primus leges aegiptiis tradidit. ¶ Solon primus leges athenienſibus dedit. ¶ Ligurgus pmus lacedemoniis iura legum tradidit·& ex apollinis auctoritate cófinxit. ¶ Numa pompilius qui romulo successit in regno· primus leges romanis edidit. Deinde cum populus sediciosos magistratus ferre non posset·x·viros legibus scribendis creauit vel constituit·qui leges ex libris solonis in latinum sermoné translatas·xii·tabulis exposuerũt. Fuerunt autem hi·apius·claudius· venucius·iulius mãnlius·sulpicius·sextius·curacius· romelius· postumius. Hi·x·viri legum conscribẽdarum electi sunt. Leges